



Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. I. De nomine Clerici, & quid distet inter Clericum & Canonicum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

5
PARTIS PRIMAE

CAPVT PRIMVM.

De nomine Clerici, & quid distet inter Clericum & Canonicum.



CLERICI à sorte dicti. Κληρος enim Græcè, Latine fors est. Vel quia illi in sortem Domini adsumpti sunt: vel quia Dominus fors illorum est. Præfigurati nimirum in Leuitis veteris Testamenti, de quibus constituit Moyses, *Non habebunt Sacerdotes & Leuitæ partem & hereditatem cum Israël, Dominus enim ipse est hereditas eorum.* Deut. 18 Proinde sicut Leuitæ ministerijs altaris addicebantur: ita (inquit Isidorus) *qui in Ecclesiastici ministerij gradibus ordinati sunt, generaliter Clerici nominantur.* l. 3 de Ecl. offic Porro qui Clerici, ijdem plerique vocati Canonici, ob Canonicam siue regularem vitam. Ita insinuat Carolus

6 DE VETERE CLERICORVM

Anna
1547.
Mola. de
Canon. l.
1. c. 6.

Magnus in constitutionibus æditis Basi-
 leæ, vt refert Molanus, *Qui, (inquit) ad Cle-*
ricatum accedunt, quod nos nominamus ca-
nonicam vitam, volumus vt illi canonici se-
cundum suam regulam viuant.

Vvazo in
epistola
ad Ioan-
nē Præp.
tom. 1. de
Episcopis
Leodiens.

Dixi tamen (plerique) Quia, vt scripsit
 Vvazo Episcopus Leodiēsis, *Omnis Cano-*
nicus Clericus, sed non conuertitur. Hoc enim
distat inter Clericum & Canonicum, quod nō
Clerico sed Canonico debetur claustrū. Illi igitur
 soli more veteri dicti Canonici, qui sub
 obedientiâ Episcoporum aut Præposito-
 rum suorum in communi viuebant. Cum
 his è diametro pugnabant, quos Isidorus
 (& ex eo Concil. Mogunt. sub Carolo
 Magno, & Aquigranense sub Ludouico
 Pio) vocat *Clericos Acephalos, qui quem se-*
quantur ignorant; quos neque inter Laicos se-
cularium officiorum studia: neque inter Cle-
ricos religio retentat diuina. Hippocentauris
similes, nec equi nec homines, mixtumq; genus
(vt ait Poëta) prolesq; biformis. Ita ibi. Sed
 de his ac alijs Clericorum nominibus ac
 Epithetis fusiùs infrà, tū hoc libro, tū seq.

CAPVT